Bund 11
K

Henrici Sacheverell

Angli S. T. P.

ORATIO

Coram Supremo Magnæ Britanniæ Senatu Habita,

Cùm in Jus Vocaretur Atrocium Criminum & Culparum *Postulatus.*

Unà cum Articulis contra Eum Exhibitis,& Judicio 23°. Martij Lato,&c.

Ex Anglicano Idiomate in Latinum in Beneficium Exterorum, &c. *versa.*

LONDINI,

Impressa, & prostat Venalis apud *Gul. Carter* Bibliopolam, ad Insigne *Rosæ* & *Coronæ* in Cæmiterio D. *Pauli* 1710.

ADVERTISEMENT

Of the Publiſher.

THis Spech being reputed an Excellent piece of Oratory in the Engliſh Tongue, and ſeveral Eminent Judges of learning being of Opinion that the Latine Tranſlation is very little Inferiour in Roman Eloquence, it'was Thought adviſable to publiſh the ſame for the Benefit of Foreigners (who underſtand not the Engliſh Tongue) & gratification of the Learned.

N. B. That this *Latine-Speech* is printed on the ſame Size-Paper as the *Engliſh Speech* in Octavo, for the convenience of Binding Both together on occaſion.

NOBILISSIMO & AUGUSTISSIMO

PRINCIPI

GEORGIO-LUDOVICO

Electori de Hanover, & Zelliæ Duci, &c. nec non

IMPERII BRITANNI post Matrem,
In Invidiam Frendentis PAPATUS,
In tutissimum ECCLESIÆ ANG. columen
In RELIGIONIS PROT. Securitatem
In Futuræ N. REIPUB. Fælicitatem,
SUCCESSORI
Meritissimè constituto
Orationem, hanc Defensoriam.

Quàm humillime inscribit,

D. D. D. Q.

Cultor Vester

Omni Obsequio Devotissimus

M. D. Anglus.

DEDICATIO.

Honoratiſſimis Dominis D. tàm *Spiritualibus* quàm *Temporalibus* in *Maximo Senatus Concilio* convocatis. *Salutem*, &c.

Calamitoſum mihi certe contigit infortunium quòd eo ipſo tempore, quo perſpicue ſenſum Animi mei exprimere conarer, male me Alii caperent, & ipſa etiam Defenſio, *Quam, Innocentiæ meæ vindicandæ ſpe, coram* Tribunali Veſtro *nuperrime ſuſcepi, in malam partem vertatur. Hinc eſt quod Eandem, exhibere DOMINATIONIBUS VESTRIS* hoc modo *arrogaſſem, ipſiſſima*

etiam

etiam verba continentem, Quæ coram Vobis *effatus ſum, & quæ ſenſu tàm aperto efferuntur, ut, niſi me Spes mea fefellerit, nullus malæ interpretationi locus cedatur.*

Ità Deus Opt. Max. in miſericordia ſua mihi vortat, ſi non Animi mei intentioni, & vitæ principiis uſquequaque congruant, Qui ſum

Omni Obſervantia,

&

Obſequio humillimo Servus

Veſter Devinctiſſimus,

HENRICUS SACHEVERELL.

Monendus

Monendus est Lector Peregrinus, *Henricum Sacheverell* S. T. P. in Ecclesia D. Pauli London 5to Nov. 1709. St. V. Coram Prætore Londinensi, *&c.* Concionem in textum sequentem habuisse.

2da Epist. D. Pauli ad Corinth. cap. XI. v. 26. *In periculis inter Falsos Fratres.*

Quæ Concio quamplurimis offensioni fuit, & idcircò sequentibus Articulis *Atrocium Criminum & Culparum* ab *Inferiore Senatu* postulatus, coram *Proceribus* in *Supremo* Mag. Britanniæ *Senatus-Concilio* Convocatis, à die 27. Feb. ad 23m. Martii seq. serie per vices continuâ, respondit. Quorum Exhibet.

ART. I.

1o. Quòd idem *Henricus Sacheverell* in prædictâ Concione apud Ecclesiam D. Pauli habitâ suggerat, & Asseveret-*Modos* ad Fælicem *Imperii vicissitudinem* perficiendam adhibitos, *Odiosos esse ac Injustos.*

2o. Majestatem Nuperrimam in Edicto suo omnem *Resistendi* modum detestari.

3o. Quòd, *Imperii vicissitudini* RESISTEN-

STENTIAM aſcribere, ſit *Eandem*, & Nuperrimam Majeſtatem *maximâ cum Infamiâ* convellere.

ART. II.

1o. Quòd idem *Henricus Sacheverell* in Concione prædictâ ſuggerat, & Aſſeveret, TOLERATIONEM (hoc eſt, Libertatem Religionis ſuæ impunè exercendæ Sectis Diſſentientibus conceſſam) Rationi prorsùs Adverſari, nulliſque vindiciis poſſe ſuffulciri.

2o. *Falſum*, reſpectu ad *Deum* & *Eccleſiam* habito, *Fratrem* fuiſſe, qui Eandem (*Tolerationem*) vindicaverit.

3o. Reginam *Elizabetham* ab Archiepiſcopo *Grindall* illuſam, (Quem *Falſum* Eccleſiæ *Filium* ſcurriliter appellat) & *Prælatum* illum, quòd Diſciplinam Genevenſem côleret, fuiſſe perfidioſum.

4o. Supremæ Eccleſiaſticæ Authoritati incumbere contra omnes *Tolerationis* patrocinium vendicantes, *Anathemata* edicere.

5o. Et arroganter auſum negaſſe penes quamlibet Humanam Authoritatem fore, Judicium iſtiuſmodi prolatum reſcindere.

ART. III.

Quod idem *Henricus Sacheverell* in Concione

cione prædictâ falsò & seditiosè suggerat & Asseveret.

1o. A Sacræ *Majestatis Administratione* grave *Ecclesiæ periculum* impendere, rebusque jam Adversis implicitam.

2o. Et, quò tam *Inferioris quàm Superioris Senatus* Suffragia, quæ S. Majestas approbavit, infamiæ, & *vilipendio* redderet *obnoxia*, illum è Contra *Ecclesiam* plurimùm *periculis expositam* subinnuisse.

3o. Et, ut par pari explicaret, suffragii simillimi mentionem fecisse, quo Regem *Carolum ab omni periculo immunem fuisse* declaratum est, eo ipso tempore, quo Regicidæ in mortem ejus conjurarunt, hoc nimirum obtentu nefario, ac si *uterque Senatus*, qui hoc suffragium (de Incolumitate Ecclesiæ) tulere, eo ipso tempore *Ruinam* ejusdem meditaretur.

ART. IV.

Quod idem *Henricus Sacheverell* in Concione sua, libriſque falsò & malitiosè suggerat,

1o. S. Majestatis *Administrationem*, sive Regimen, tàm in Rebus Ecclesiasticis, quàm in Civilibus ad benè Constitutæ Reipub. ruinam conspirare.

2o. Notæ Famæ, & Dignitatis tàm in Civili, quàm in Ecclesiastico statu Viros esse,

esse, qui *Falsi Fomites* audiant, & Conciculis agendi sedulo, eandem labefactant & prodant.

3o. Esse eosdem qui extimulant & in alienum, qui ex professo Reipub. bene constitutæ Inimici sunt, ditionem dedunt, quò eandem facilius evertant.

4o. Quòd S. Majestatem, Eosque qui in Ecclesiasticis aut Civilibus Rebus fungendis primario assident, Generali *Male administrationis* infamiâ inusserit.

5o. Quòd tanquam Publicus Seditionis Fomes, S. Majestatis subditis persuaderet, ut dissensionibus inter patrum studia recrudescendis indies incumberent, de nihilo suspiciones insusurrando, perniciosas inimicitias disseminando, & ad Vim & Arma concitando.

6o. Et quò pressiùs illorum Animis malitiosæ hæ, & seditiosæ insiderent Opiniones, quòd idem *Henricus Sacheverell* varios S. Scripturæ textus & Paragraphos, in obliquum sensum torserit, & perverterit.

Ad quæ *Crimina*, *Culpasque* non solum per generales *Concionum Librorumque* scopos, sed per Clausulas, Paragraphos, & Sententias, in iisdem Concionibus vel Libris contentas, *Inferior Senatus* probanda promptè accingitur; Et quòd idem *Henricus Sacheverell* Concionesillas prædicando, librosque suos publici

cione prædictâ falsò & seditiosè suggerat & Asseveret.

1o. A Sacræ *Majestatis Administratione* grave *Ecclesiæ periculum* impendere, rebusque jam Adversis implicitam.

2o. Et, quò tam *Inferioris quàm Superioris Senatus* Suffragia, quæ S. Majestas approbavit, infamiæ, & *vilipendio* redderet *obnoxia*, illum è Contra *Ecclesiam* plurimùm *periculis expositam* subinnuisse.

3o. Et, ut par pari explicaret, suffragii simillimi mentionem fecisse, quo Regem *Carolum ab omni periculo immunem fuisse* declaratum est, eo ipso tempore, quo Regicidæ in mortem ejus conjurarunt, hoc nimirum obtentu nefario, ac si *uterque Senatus*, qui hoc suffragium (de Incolumitate Ecclesiæ) tulere, eo ipso tempore *Ruinam* ejusdem meditaretur.

ART. IV.

Quod idem *Henricus Sacheverell* in Concione sua, libriſque falsò & malitiosè suggerat,

1o. S. Majestatis *Administrationem*, sive Regimen, tàm in Rebus Ecclesiasticis, quàm in Civilibus ad benè Constitutæ Reipub. ruinam conspirare.

2o. Notæ Famæ, & Dignitatis tàm in Civili, quàm in Ecclesiastico statu Viros esse,

esse, qui *False Fratres* audiant, & Cuniculis agendi sedulos, eandem labefactant & produnt.

3o. Esse eosdem qui extimulant & in alienum, qui ex professo Reipub. benè constitutæ Inimici sunt, ditionem dedunt, quò eandem facilius evertant.

4o. Quòd S. Majestatem, Eosque qui in Ecclesiasticis aut Civilibus Rebus fungendis primario assident, Generali *Malæ Administrationis* infamiâ inusserit.

5o. Quòd tanquam Publicus Seditionis Fomes, S. Majestatis subditis persuaderet, ut dissensionibus inter partium studia recrudescendis indies incumberent, de nihilo suspiciones insusurrando, perniciosas inimicitias disseminando, & ad Vim & Arma concitando.

6o. Et quò pressiùs illorum Animis malitiosæ hæ, & seditiosæ insiderent Opiniones, quòd idem *Henricus Sacheverell* varios S. Scripturæ textus & Paragraphos, in obliquum sensum torserit, & perverterit.

Ad quæ *Crimina*, *Culpasque* non solum per generales *Concionum Librorumque* scopos, sed per Clausulas, Paragraphos, & Sententias, in iisdem Concionibus vel Libris contentas, *Inferior Senatus* probanda promptè accingitur; Et quòd idem *Henricus Sacheverell* Conciones illas prædicando, librosque suos publici

blici Juris faciendo, Sacrosancto suo Officio abuteretur; contra Pacem Publicam, & Sacram Majestatem, contra Imperii Dignitatem & subditorum jura, & Libertates, contra Regni Leges & Statuta fælicemque ejusdem statum gravissimè deliquerit

Et *Inferior* idem *Senatus* salvo sibi nunc & in posterum alios contra eundem *Henricum Sacheverell* articulos exhibendi Jure, nec non ejusdem Responsis, vel eorum cuilibet replicandi libertate, vel ad præmissas probandas in His, vel in aliis cujuscunque Generis *Insimulationis Articulis*, in posterum exhibendis, testimonia proferendo, prout Senatorii moris est efflagitare, quò idem *Hen. Sacheverell* allatis omnibus, & singulis præmissis respondere teneatur, ut hujusmodi *Methodus* Litis, *Examinatio*, *Probatio*, *Judicium*, & *Exemplare Supplicium*, quale Legum & Justitiæ regulis consonat, procuretur, & exerceatur.

Hoc *Insimulationis* exordio coram Omnibus perlecto, in jus vocatus coram Tribunali (uti suprà memoratum est) sistitur, & ascitis Advocatis, seu Legum Consiliariis, se in singulis defendit, totaque Accusandi serie peractâ, sequentem habuit Orationem.

Henrici

Henrici Sacheverell S. Th. P.

ORATIO, &c.

Latinè edita.

Honoratissimi D. Domini.

CAUSÆ hujus *Defensio*, Quæ Consiliarum meorum argumentis tàm liquidò & specialiter patet, nec non ejusdem *Examen* tàm longo productum filo, labori meo supersedisse, pariter ac *Dominationum vestrarum* patientiæ me pepercisse, videantur, nisi quòd Eadem Causa (à qua Ecclesiæ nostræ Doctrina, Sacro-sanctæ Functionis, quâ *initiatus* sum, Dignitas, imò tota Christianæ Religionis compages tàm arctè pendet) me nullo modo tacitum præterire impelleret.

Fatentur (Honoratiss. Dom. Domini) nonnulli *Senatus-Concilii Inferioris* Procuratores, me licèt *insimulatum*, non tamen *Condemnatum* iri, præcipuum in hâc Causa cardinem fuisse. Ego etenim (uti videtur Ipsis)

Treſſis tantùm *Homunculus*, & *in ſervile Factionis Obſequium Cereus, & nè ſtocci pendendus*, audio. Huc enim præcipuè mea refertur *Inſimulatio*, ut perpetua, & nullatenus diluenda Infamiæ labes, modò, quàm maximè poſſit, publico, Omnibus inuratur, qui à *Principum non reſiſtendorum* partibus ſtant, nec non ut Clericis Omnibus obtrudatur Concionandi Norma, à quâ non audeant recedere. Quantuluſcunque igitur ego videar *Homunculus*, & tantùm *in ſervile Factionis Obſequium Cereus*, meæ tamen *Inſimulationis Effectus* (ſi verè coram *Dominationibus veſtris* dilucidentur) maximi fore momenti aliquando reperientur.

Cùm malo meo fato acciderit me horum omnium coram *Dominationibus veſtris* excutiendorum anſam dediſſe, poſt argumenta à Clariſſ. meis Conſiliariis allata, non incongruum cenſui paucis hic *vos* alloqui, ut ex ore meo pateat Animi integritas, & cum *querelarum ponderr, etiam Infamiæ molem avertam*, quæ mihi aliter inhæſura eſt, ſi ſuffragiis veſtris (quod omnimodò abſit) *Inſimulatio* mea pro juſta confirmetur.

Pace itaque *Dominationum veſtrarum* liceat mihi quædam *Generalia* proponere, quæ, ut mea fert opinio, Conſiliariorum meorum curam effugere, quæ tamen non inconcinne prædictis addantur, quatenus ad illam referuntur Methodum, quâ *Articulos inſi-*

insimulationis contra me allatos Adversarii mei probare satagunt & suffulcire. His peractis, pace itidem vestrâ, liceat, mihi *singulos speciatim Articulos* discutere, ut ex illis, quæ à Consiliariis meis ampliùs, & fæliciùs hic dicta fuerunt, eadem iterùm in memoriam revocandi novum penu *vobis* suppeditetur.

Crimina (Honoratiss. D. Domini) quæ his articulis includuntur, & quorum hodie postulatus sum, indolis *summè Enormis & Nequissimæ* fuissent, si tam liquidò à me *Facta*, quam ab Accusatoribus meis *Dicta* sunt, probarentur, & quæ justè me severo vestro calculo damnandum reddiderint. At quò gravius mihi crimen imputatur, eo evidentiùs & cum majori perspicuitate (ut opinari ducor) probatione indigeret. Cui autem Fundamento Hanc meam in his Articulis *latentem Accusationem* niti constat? An apertis & manifestis verbis & sententiis, e Concionibus meis elicitis, *vobis* innotescit? An vafris Interpretationibus, non necessariis & summè tortis significationibus liquet? An integras coram *Vobis* sententias proferendo, in quibus manifesta veritas eluxit, An incongruas & sensum plane disparem sapientes, & hiantes malè concinnando, ut quæ mihi vel in Animum nunquàm venerunt, eloqui perhiberer?

Latet me (Honoratiss. D. Domini) methodus, quam Leges exigunt, probandi Quæsita,

sita, & vix hariolari potui quòd unquàm eandem scrutandi daretur Occasio; At quantum de hujusmodi farinæ rebus conjectare valeo, opinari fas est, nunquam evidentius Innocentiæ meæ patere posse judicium, quàm tot in *expolienda Orationis structura*, & *Ornamentis consummatæ eloquentiæ excolendis*, horarum dispendium, ut *Reus* probarer. Si *verè*, quæ mihi crimini objiciuntur, asseruerim, Conciones meæ, quæ vestris sunt in manibus contra me testarentur, è quibus particulares erui possint sententiæ, eadem facilitate ad Opinionem meam *refellendam*, Qua Consiliarii mei è scriptis, & Concionibus Reverendiss. Ecclesiæ Patrum, aliorumque non infimi subsellii Presbyterorum selegêre; qui omnes unà mecum, & magis strenuo sæpè ratiocinio, Hæc *Principum* NON RESISTENDORUM præcepta docuerunt.

Quæ mei vobis exibuêre Consiliarii, *nudâ* solummodò *relatione*, sine Rhetoricis Lenociniis, aut fucis Oratoriis (quià nullis indigent) audistis; Cùm è contrà ut *Reus* evaderem, ultimas Accusatores mei *exantlârunt* vires, & Post Concionem meam, & Proœmium perlectum, mirâ subtilitate, & *artificioso Verborum nexu* usi sunt, ut in Scirpo nodos, hoc est, in iisdem nunquam recondita detegerent.

Cum huc, aut illuc divaricari poterit pro libitu

libitu verborum meorum significatio, semper in malitiosam vertuntur, aut obliquam torquentur Interpretationem ; Imò cum verba intellectu admodum facilia proferrem, ità ut vix ulla cuiquam suspicio suboleret *criminosis* eadem *fucis*, aut pigmentis Oratoriis posse obvelari, nihilominus mihi culpæ protenùs ascribitur, *alium* me sensum *Animo* concepisse, & cum FIDELITATEM REGINÆ summoperè persolvendam Suaderem, statim me IMPOSTOREM ex professo intendere clamatum est.

Et ut criminibus meis addatur cumulus non solùm *suppositorum*, sed & *non dictorum* etiam insimulor, nec quæ in Concionibus meis publicè profatus sum, postulor, sed eorum etiam quæ in transcursu censui *indigna memoratu*, unde CRIMINUM, ut sic dicam, NEGATIVORUM tanquam *Reus* accusor, & silentio singula præteriisse in præmeditatum cedit flagitium.

Hæ sunt (Honoratiss. D. Domini) artes, hæ machinationes, quas struxêre, quibus crimina mihi impingere moliuntur, quæ, si probata fuissent, Fortunæ nec non & Libertatis meæ certissimam facerent Jacturam. Sacro-sancto Evangelii Ministro nullus cedetur Veniæ locus, etiamsi (bonâ Animi intentione & fervore sincero, licet aliquantulùm fortasse nimis excandescente, & exinde in incautam Verborum incuriam facile

facile prochivi) in Officio ſuo fungendo, Sæculique vitiis redarguendis totus occuparetur. Quibus porrò (Honoratiſſ. D. Domini) adjicere potuiſſem, ſi his me implicitum malis querimonias effundere deceret, quòd in toto meæ Accuſationis curriculo CRIMINOSUS appellarer, & ab ipſis *Honorabilis Inferioris Senatûs-Concilii Procuratoribus* conſimili faſtidio & vilipeudio exciperer, ac *ſi verè Reus eſſem*, contra quæ Sacro-ſanctam meam Functionem, præſentis Conditionis infœlicitatem, & Auguſtam hujus Conventûs ſolennitatem, tutelæ fore ſperavi. At hujuſmodi querimonias habere impræſentiarùm non vacat, ideoque pace veſtra fretus, ad ſingulos *Inſimulationis meæ* Articulos breviter excutiendos tranſibo.

Imprimis (Honoratiſſ. Dom. Domini) inſimulor, *Me Modos Imperii Britanni nuper ad alium Principem fœliciter delati, tanquam odioſos & injuſtos convellere.*

Ad hanc veriſimilitudinem probandam proferunt Accuſatores mei, *in Genere* me aſſeruiſſe NON QUOLIBETCUNQUE PRÆTEXTU SUPREMO MAGISTRATUI ESSE REPUGNANDUM. Eſto equidem, ſed *Reſiſtentia*, quæ ibidem à me improbatur, non omninò ad illam IMPERII VICISSITUDINEM refertur, aut referri poterit, cùm *Supremo tunc temporis Magiſtratui non reſiſteretur.*

Neque

Neque (D. Domini Auguſtiſſimi) diſertis verbis Doctrinam meam de NON-RESISTENTIA ad *mutatam* Illam *Dominii ſeriem* accommodavi, aut accommodaſſe vel in meas incidit cogitationes, quæ *in Genere* effatus ſum. Hanc ego Doctrinam, uti ab Apoſtolis traditam recognovi, ità Aliis prædicavi, & ſicut ab Homiliis S. Noſtræ Eccleſiæ didici, eandem docui, prout in *Articulorum Noſtræ Religionis* Obſequium edocere jubeor. Nullis ego Orationis phaleris, à Primorum Reformatorum exemplo deviis, uſus ſum, neque aliud edocui, quàm quod à Reverendis admodùm Epiſcopis, aliiſque notiſſimæ famæ Presbyteris, (Qui nunc "οι μακαρίται in Chriſto obdormiunt) nec non *Patribus Venerabiliſſimis*, coram quibus adſto, & Imperii legibus uſquequaque conſonum recepi. Ne leviſſima rationis umbra ſuſpicatus ſum me ab *Inferioris Senatus-Concilii Procuratoribus* coram *Veſtris Dominationibus* accuſatum fore, ac ſi hanc Doctrinam propalando voluiſſem ut Nuperrimi Regis memoria apud Poſteros ſordeſceret: Cum Alii eandem, iiſdemque verbis coram Nuperrimâ Majeſtate, coram etiam *Præſenti* (cui longævam faxit Deus Fœlicitatem) coram *Utroque Senatûs Concilio*, coram *etiam hoc ipſo*, prædicando publicam laudem adipiſcerentur. At cùm ſingularis mei ſit Infortunii Teſſera, ob illa ipſa Accuſari, prę-

pter quæ Alii Gratias mereri existimati sunt, DOMINATIONUM tamen *Vestrarum* Justitiâ fretus, nullus dubito quin *Expertissimi* Legum latarum *Judices*, si consulere dignemini, in meam eant sententiam, quæ asserui, *Regni Legibus*; Et Reverendissimi Episcopi, *S. Scripturæ præceptis*, ex omni parte quadrare, & Fundari testentur.

Doctrina, quam Egomet prædicavi non è pauxillo *S.* N. Ecclesiæ *Homiliarum* numero, sed quamplurimo, expromitur, & Genuinæ Omnium indoli consona reperitur: Et cum ipsæ *Homiliæ Triginta Novem* Articulis, utpote *Bonæ, Sanæque Doctrinæ promptuariis*, ratæ habeantur; Cùm ipsi demum Articuli 31°. *Eliz.* nuper Angliæ Reginæ authoritate confirmentur; & cùm Lex illa deinceps, jam imis quasi *Medullis Imperii* ingenita, novâ, quâ Duo Regna nuper in Unum coaluêre, in perpetuum duratura statuatur, ultra citroque *Dominationibus Vestris* perpendendum cedo, quantum *Condemnatio* mea præsentem *Imperii* aut *Ecclesiæ* statum convellat, aut ad *Coalitionem* illam dissolvendam Concurrat.

Quod ad *secnndum* (Dom. Dom. Honoratissimi) attinet *Articulum Vobis* trutinandum exhibeo, quòd nullibi *Libertatem Sectis Dissentientibus* Lege concessam improbaverim, sed è contrario verbis pœne ipsissimis me testor approbasse, uti Concione meâ in

Ecclesiâ

Eccleſiâ D. Pauli nuper habitâ abundè patet, & cujus hìc, pace veſtrâ, liceat paucula repetere——Nollem (inquam) de me malè interpretentur ac ſi Maculam Libertati, quam *Sectis Diſſentientibus* noſtri Imperii Leges dignantur indulgere, nitar impingere, cùm mihi certo conſtet Omnes, qui Eccleſiæ noſtræ bene precantur, ad hanc cedendam facile proclives, ut quouſque ſe extendant limites favore fruantur, ubi Religioſis Animis *verè Scrupulus* inciderit.

Hæc me ſincera tunc tulit, & etiam nunc fert Opinio, neque conſcius reminiſcor me vel Verbum emiſiſſe quod eidem repugnat. Improbavi equidem, & nimio forſan iracundiæ æſtu *Libertatis hujus Conceſſæ abuſum* in Hominibus quorum nulla eſt Conſcientia, aut ſi ſit, quæ obſurduit & occalluit, cùm Animis tantùm *Scrupulo Religioſo* implicitis indulgeri oporteat. Nec conjecturâ præſentire potui redargutiones meas, veri alicujus Chriſtiani in me Iram concitaturas, quæ contra *Hypocritas*, *Socinianos*, *Deiſtas* inſtruebantur, qui ſub Legis hujus umbraculo *Diſſentientium Proteſtantium* beneficio, ut, ſuo quiſque quo velit modo, Deum Opt. Max. coleret, latæ, omni ſe ſolutos Religionis vinculo nec ulli Cœtui ſe obſtrictos exiſtimant.

Ingenuè tamen non diffiteor me ad præterita quædam oculos retorquere deſignaſſe,

& *Sectas* ipſas *Diſſentientes* aliquatenus perſtringere, quòd eorum *Ductores* & *Aſſeclæ* (ut mihi uarratum eſt) eidem malè Innitentes Legi, conditiones ſancitas non obſervent, ſed Juventutem in Elementis Eccleſiæ Noſtræ Doctrinæ & Diſciplinæ plânè oppoſitis, *Schiſmaticæ Sectæ Seminariis*, erudirent, ut *certâ* & *continuâ* ſerie ad poſteros contagium deveniat, cum Lex illa (ut opinari fas eſt) Animis, quos infœlix educatio in obliquum deflexit, emolliendis, *ſcrupuliſque* tollendis conderetur.

De Conceſſionibus *Sectæ Cuilibet Diſſentienti* indultis, aut Legibus indulgendis nullibi conqueſtus ſum, at ſi de TOLERATIONE, verbo inter Leges Noſtras vel *nominis exorte*, & Intentioni Legum-Latorum Noſtrorum minimè congruente, quippiam Offenſionis attulerim, juſte, uti ſpero, præſumendum eſt, (Dom. Dom. Auguſtiſſ.) *Vos* me non male capturos, ac ſi Leges, quæ pœnas *Sectis Diſſentientibus* irrogandas prohibet, ludibrio exponendas velim, de quibus non indecorè, ut opinor, aut verbis Chriſtianæ Moderationis defectum prodentibus elocutus ſum. Nec, (Dom. Dom. Auguſt.) in utrovis me defeciſſe autumo, ſi dixerim Leges, quæ *Sectarum Diſſentientium* beneficio latæ ſunt, quatenùs illas pœnis, quibus antea erant Obnoxiæ, eximit, nullo modo *Schiſmaticæ Luis* maculas abſtergere, aut

aut erga *Statum Ecclesiasticum* Obsequio exonerare. Illud enim ab Evangelii præceptis vim habet, cui præstando Christianis Omnibus incumbit, nec humanis ullis Legibus absolvendum est.

Si Ecclesia nostra (Dom. Dom. August.) nullas conditiones *Sacri Consortii* Legibus obnitentes, observandas jubeat, ut certo certius est *non alienas* sub suo vexillo merentibus præscribere, quidni arbitremur illos esse verè *Desertores*, qui sine justa causâ ad alias partes desciscunt, nec non *labe Schismaticâ* contaminari, quamvis mirâ legum indulgentiâ excusati habeantur, ac eorum Animos, licet corpora, & Fortunas nunquam attigerit, eodem infici inquinamento, *cum nullis legibus Humanis id licitum reddi potest quod Deus Opt. Max. prohibuit*; *nec irritum*, *quod Idem mandavit*.

Ulterior contra me (Dom. Dom. August.) in hoc Articulo prolata est Accusatio, quod asseruerim *Supremæ Ecclesiæ Authoritati incumbere contra omnes* TOLERATIONIS *patrocinio innixos*, *Anathemata edicere vel emugire oportuisse*. Spero tamen, (Dom. Dom. Honorat.) neminem vestrûm latere me criminis hujus esse penitùs insontem; Audacter enim effari non vereor, verba meà nullatenùs eo tendere, nec à continuatâ Orationis meæ serie tam obliqua deduci poterit significatio, aut deducendam ipsa patietur. Nam

non

non *ſolum* contra *Schiſmaticos* edicenda ſunt *Anathemata*, ſed contra omnia etiam *Tenebrarum Opera*, ad quæ, ut cenſurâ digniſſima, mea Concio peculiariter reſpicit, cujus generis ſunt illa, quæ ab Apoſtolo recenſentur, cujus & ego verba pariter recenſui, *nefarii* ſcil. *Hominum mores*, & *inſguiſſima flagitia*. Contra *Hæc* (Dom. Dom. Auguſt.) & contra *impiiſſimas Hæreſes*, & *Blaſphemias*, (quarum indicem copioſiſſimum, turpiſſimis fœdatum colorib. dudum *vobis* exhibui) totum in edicendis Anathematibus Eccleſiæ armamentarium quàm aptiſſimè expromatur; quod ſi fieri poſſit, vix reſtat mihi dubium, quin in Cæleſti Foro judicium ſic latum, etiam ratum fuerit, nec humanâ ullâ Authoritate reſcindendum.

Quod ad Archiepiſcopum *Grindall* attinet, quamvis duris me Sermonibus Eundem excepiſſe quamplures autument, nihil tamen Eidem imputavi, niſi quod ab Hiſtoricis, *fide dig·iſſimis*, excerpſi: Quippe manifeſtò conſtat ob *laxam* nimis Eccleſiaſtici ſtatûs *curam* graviter *Reginæ Elizabetha* viventem offenſioni fuiſſe, & ſub eadem Iracundiæ mole ſuccumbentem vita exceſſiſſe. An facinoris igitur hujuſce Vituperium Archiepiſcopus, an Illuſtriſſima luat Reginæ, (Dom. Dom. Auguſt) veſtro judicio dirimendum quàm humillimè dedo.

Spes mihi ſubit (Honorat. Dom. Dom.) me

me criminum in duobus primis Articulis allatorum, Veſtrâ penitùs opinione inſontem, & ſicut mea me omni abſolvit culpa Conſcientia, ſic Vos etiam, quicquid in tertio objicitur, Dimiſſuros facilè confido.

Nunquam (Dom. Dom. Auguſt.) ſubinnui, nec ullatenus credo ſub *Præſentis Majeſtatis* regimine *Eccleſiam* periclitari. Tantum è cogitationibus meis abeſt, ut in Maternâ *Principis Noſtræ* curâ penitùs, & totus acquieſcam, ſalvâ tamen Majeſtati, & Regio edicto reverentiâ, nec non ſine contemptu ad *Utriuſque Senatus-Concilii*, quarto abhinc anno, ſuffragia habito, ab *Aliis* poſſe *Cauſis Eccleſiam periclitari* in confeſſo eſt. Si Eccleſiæ diſcrimen impendat, cùm toti Chriſtianæ Religioni periculum immineat, ſpero mihi non culpæ impingendum fore, ſi dixerim, perniciem Ejuſdem, & ruinam *his temporibus* potiori *Jure* formidandam, quàm ex quibus aliquam Deus Opt. Max. in Terris Inſtituit. Nam ut leviter perſtringam facinora, quæ pleno velut alveo ſæculi mores obruêre, & profana, quæ Religionem peſſundedêre, maleficia, quæ per omnes hujus Imperii circumcirca limites diſſeminantur; ut varias, à ſacra veritate devias Opiniones, *Sectarum Hæreticarum* profluvia, quæ continuo effutire ſatagunt, ut in diverſa trahamur ſtudia, & enervemur, *certiſſimè credo* nunquam antehac Chriſti Miniſtros majori

Infa-

Infamiæ aut vilipendio exponi, nunquam SS. Scripturæ Authoritatem ad quæſtionem violentius *abreptam*, nunquam *Infidelitatem* aut *Atheiſmum* fronte tam *elatâ* eructari, nec, ab ipſis Religionis Chriſtianæ fundamentis, *Blaſphemias* tàm *tremendas*, in ſtatu Chriſtiano, è prelo unquam evolaſſe.

E numeroſo hujuſmodi vitiorum penu, quæ in promptu ſunt, & quæ coram *Dominationibus Veſtris* levi negotio producere potuiſſem, pauca tantùm ſelegi, at tam tremendæ indolis, ut mihi perſuaſum habeo, Vos non ſine maximo horrore audiviſſe. Veniam igitur (uti ſpero) mihi dabitis (*Honoratiſſ. D. Domini*) ſi Animus graviſſimorum horum ſcelerum omine in futurum percuſſus, *præpoſteram* aliquando Orationem extorqueat, quæ in *minori Cauſa* magis aſpera & vehemens videretur. Qui de ſalute Publicâ non extinefcit, cum tanta ubique & nulli forſan æquanda, impunè evolat Nequitia, quæ & ipſam Cœli vindictam jure efflagitet, neceſſe eſt quoad amorem in Patriam, & Eccleſiæ Afflictæ venerationem ut omninò torpeat, aut tanquam intermortuus frigeſcat. Si arcanam ego, & execrandam Vitiorum ſentinam detexerim, quæ *Dominationem Veſtrarum* Oculos effugit, quos ad tàm infima deflectere, *Statio Veſtra Auguſtiſſima*, *nec Dignitas Illuſtriſſima*, patietur, abunde fælicitati meæ gratulabor, quodcunque

que mihi acciderit, ſi, Divinæ Gratiæ auxilio, torrenti illi ſcelerum impetuoſiſſimo Obicem ponendi occaſionem dederim, quæ nullæ Leges, nulla edicta, propoſito licet honeſto & repetitis vicibus uſque & uſque promulgata, reprimere valuerunt.

Nec *Mea* debet excidere, quamvis *Inferioris Senatûs* Concilii *memoriâ* elaberetur, juſtam aliam ab audacibus *Papiſticorum* conatibus, diſcriminis Eccleſiæ noſtræ impendentis Cauſam, & ſuſpicionem oriri, quorum in Concione mea, apud Eccleſiam D. Pauli nuper habitâ, uti ſpero, innoxius mentionem his verbis feci, —— " Maximopere " optandum fore, quòd Leges Excellentiſſ. " in Regni & Eccleſiæ tutelam latæ, impræ- " ſentiarùm vigore & ſeveritate ſummâ ad- " miniſtrarentur, cum Catholico-Romani " Antiſtites, & Miſſionarii, qui in Magna " hâc urbe in Ipſarum contemptum & lu- " dibrium paſſim ſcaturiunt, nunquam in " Proſelytis ad Superſtitionem ſuam & Ido- " lolatriam alliciendis & pervertendis, in " omni ferè vicorum angulo diligentiùs " occupentur. Horum (Dom. D. Auguſt.) veritatem confirmare, aût teſtari non efflagitârunt, nec inter falſas de *Eccleſiâ periclitante* ſuſpiciones, quas innuiſſe dicor, annumeratur. Faxit Deus ut à nullis hujuſmodi cauſis Eccleſiæ periculum immineat. Horum equidem fateor conatibus obviam ire

Reginæ Noſtræ, Dominationum Veſtrarum, & Senatus-Concilii Inferioris cura & prudentia, Leges neceſſarias, & *ſanam* redolentes *ſeveritatem* condendo, proviſum eſt, adeò ut cum coram publico Magiſtratu concionem habuiſſem haud extra Functionis meæ pomœria devium vagari cenſeo, cùm ad audaciſſimos Horum impetus obveniendos Leges illas *acerbiſſimè* exercendas ſuaderem.

Juſtam *Senatus-Concilii Inferioris* in me cierem indignationem, Veſtramque (Dom. Dom. Auguſt.) juſtè mererer reprehenſionem, ſi parili quovis exemplari ſubinnuiſſem Vos utriuſque *Senatus-Concilii Conventus*, dum de Tuto & proſpero Eccleſiæ ſtatu ſuffragia feciſtis, eodem tempore nihilominus ejuſdem ruinam machinaturos aſſeruiſſem. Jam ab imputati hujus vitii labe me clare ſatis, ut opinor, exolvi, ſpecialius obſervando nequaquam inter ſe utraque convenire, cùm certò conſtet non *Eoſdem* eſſe *qui* CAROLUM PRIMUM periculi omnis immunem pronuntiarunt, ac *Sicarii qui* vitæ Illius inſidiarentur. Nam (Domini Dom. Auguſt.) Suffragia, quæ de ſalute Regia *ab Utroque Senatus-Concilio* ferebantur, Anni, & quod excurrit, ſex menſium ſpacio præceſſere, priuſquàm execrabile Illud *Regicidium*, ab *Exercitu* Excogitatum, & ab exiguo *Inferioris Senatus-Concilii* reſiduo (ne decima parte tunc temporis

poris præsente) post expulsos alios, & alios carceribus inclusos, sub simulati Ordinis prætextu, Proceribus non modò *non consentientibus, sed eidem prorsùs & pertinaciter abnuentibus*, perpetraretur. Variam hujus facinoris egregius Unus *Procuratorum* faciem exhibuit, sed (Dom. Dom. August.) hanc manifestò veritatem Lex Ipsa testatur, qua Regicidæ damnantur, unde perspicuum est me non omninò posse animo intendere, *Nuperrimos Comitialis Concilii Senatores*, Qui de *Tutissimo Ecclesiæ statu suffragia* tulêre, *pari exemplo* in ejusdem ruinam Operam navâsse.

Liceat (Dom. Dom. Augustiss.) modò vestra non fatiscat Patientia, in *Articuli Quarti* allatis discutiendis, in quo Summè *Immanis & periculosissimæ indolis Crimina* prætenduntur, paulô longiùs immorari. Quorum tamen omnium me sontem nullo modo probare nisi *vaga verborum interpretatione, & commentis suppositiis* moliti sunt, idcircò (Honorat. Dom. Dom.) quàm humillimè deposco, ut ubicunque dubia verborum occurrit significatio, quæ favorem implicat, potiori jure præferatur.

Post omnem Orationis apparatum à *Doctiss. Inferioris Senatus-Concilii Procuratoribus* institutum, Quem, Imperii negotiis *peculiariter* assidentem Me ex professo, vel obliquo vilipendio excepisse constat? Ubinam, &

quo modo vel *ſuppoſititiis commentis Regiam Majeſtatem*, aut eoſdem, *Illi in Civilibus apprime ſervientes*, Convello, ac ſi Res publicas malè tractâſſent? Ex quo profluit, quod inter Ejuſdem ſubditos Diſſenſiones, & diverſa Partium ſtudia Fomes promovendi ſedulus enitar, cum Illos vehementiâ pluſquam vulgari incuſem, qùi vafras ad Inimicitiam perpetuò fovendam contexunt Diſtinctiones, quarum Omnes ſub *Reginæ N. Sereniſſ.* ditione, prorsùs obliviſci, & memoriis excutere perſuadeo? Qui fieri poſſit ut Ego ad vim & Arma Populum concitaverem, dum intereà *à Principibus quolibetcunque prætextu reſiſtendis* dehortor? Peſſimè certe (Honoratiſſ. Dom. Dom.) hæc inter ſe conveniunt, niſi me à *Fidelitate*, Reginæ debitâ, deſciviſſe, quià ipſam tam *pertinaciter* Omnibus commendo; & ſeditiones movendi ſtudioſum, quòd tam *acerbiſſime in Illas* invehor, credatis.

Memini Equidem Accuſationis meæ exordio Quendam *Inferioris Senatus-Concilii Procuratorem* ſe egregiè in hac veriſimili repugnantiâ conciliandâ ſedulum, & Benignam manum porrexiſſe, ideoque cum *de Principibus nullatenùs reſiſtendis* verba facerem, non Me *Sereniſſimam Noſtram Reginem*, ſed *Alium*, animo *intendiſſe*, *& ob hanc rationem Me ſat principiis conſonum egiſſe, ſi Populum ad Arma contra Sacram Majeſtatem concitaſſem*.

taſſem. Condonabunt uti ſpero, *Dominationes Veſtræ*, indecoræ eloquii vehementiæ ſi Deum Opt. Max. appellem, quod Intentionem tam *perduellioni affinem* abominor, & deteſtor; & mea etiam opinione vel Chriſtiano nomine viderer indigniſſimus, ſi Aliquem, meo laborantem fato, tam *temerè & calumniis de nihilo exortis*, onerare me paterer, qui ſinceri erga Præſentem Reipub. ſtatum Obſequii indicia, quantum potuit, exhibuit. Fidelitatem in *Regiam Majeſtatem* (Honorat. Dom. Dom.) præſtare jurejurando obſtringor, & Obligatione conſimili prorſûs *Impoſtorem* abnuntiavi, cùm hanc itaquæ Doctrinam *de Principibus nullatenùs reſiſtendis* prædicaverim, abundè conſtat Me præſentem *Reipublicæ* ſtatum ſignificâſſe, Quam humillimè credo nunquam poſſe ſubverti, ſi non reſiſtatur.

Quàm vero Animi Affectu in Sacram MAJESTATEM, & in *Rempub.* devotiſſimo ſemper vixi, *Dominationibus Veſtris*, Toti & Terrarum Orbi dijudicandum cedo, prout ipſa de me publica teſtari poſſunt indicia, quoties de utrovis mentionem faciendi occaſio daretur, & veniam, uti ſpero, mihi dabitis ſi in indubitatum meæ *Fidelitatis* & *Obſequii* arctiſſimi teſtimonium hìc pauca recenſeam.

" *Si* hanc *Sacram* Majeſtatem, pias Re-
" giæ Proſapiæ reliquias, Quæ in avito nunc

ſolio

" ſolio fauſtè regnat, *Summam* hujuſce
" *Gentis Fælicitatem* appellare; ſi precibus
" Deum Opt. Max. efflagitare, ut, in *Ec-*
" *cleſiæ Noſtræ Tibicinem*, ſolumque ſub
" Divino Patrocinio ſubſidium, conſum-
" matam *Illi* conferat ſalutem, in quanplu-
" rimos annos duraturam; Si pro *Sacræ Ma-*
" *jeſtatis* incolumitate, Jure, & Authoritate,
" nec non unà pro *Eccleſiaſtico ſtatu* obnixè
" contendere; Si contra uſurpationes, præ-
" textus omnes, & adverſariorum arrogan-
" tes impetus Vindicias ſumere; Si jus Ejuſ-
" dem ad Solium Avitum conſcendendum
" tàm indubitatâ & evidentiſſima veritate
" elucere, Me conſtat aſſeruiſſe, ut Inimici
" Ejus acerrimi *(ſi in tam piam Principem*
" *quiſquam ſupponi poſſit, qui inimicitias con-*
" *cipiat:)* cogantur fateri, Divinâ quaſi vo-
" ce in Univerſam, & Unanimem ſubdito-
" rum lætitiam, proclamatam fore, etſi
" ampliſſima, quæ enumeravi, non accede-
" rent Ornamenta, *propriis virtutibus* Dia-
" dema merituram; Si ultimo Animi Ge-
" neroſi æſtu in *S. Majeſtatis* Defenſionem,
" & *Eccleſiæ* Noſtræ & *Reipub.* incolumita-
" tem contra potentiſſimos hoſtes, ſubditos
" concitare, ut ad Bellum neceſſarium ſuſ-
" cipiendum ſe alacritèr accingant; Si
" Deum Opt. Max. ſolenniter precari, ut
" fœliciter Auſpiciis annuat, ut Cauſæ tam
" juſtæ proſperos det ſucceſſus, ut perpetua

armo-

" armorum Noſtrorum comes Victoria, non
" minus fauſta, quàm glorioſa reportetur;
" Et, ut hæc efficaciter omnia ſucceſſu non
" careant, publicè docuiſſe, Omnes cujuſ-
" cunque Ordinis *Deo*, *Sacræ Majeſtati* &
" *Proprio Commodo*, tanquam arcto & com-
" muni vinculo, eſſe obſtrictos, integerrimo
" Animi impetu ſuppetias offerre, quantas
" ſcil. *Vitarum*, *Precum Noſtrarum*, aut *For-*
" *tunarum* Penu ſub præſenti difficulta-
" tum mole poterit elargiri; Si ſubditis om-
" nibus perſuaſum ire, ingentiâ quæ Nobis
" ab hoſtibus impendent, metuenda juſtè
" pericula, eſſe in cauſa debere ut eò *vivi-*
" *diùs* ad hanc Sarcinam unanimi conſenſu
" *amoliendam* ſuſcitemur quò *acrius* illi ad
" *Imponendam* ſategerunt; Si Fœlicitates,
" quibus ſub prudenti Reipub. adminiſtra-
" tione fruimur, in Legibus exequendis, in
" *Senatus-Conciliorum*, & Miniſtrorum, à
" Negotiis regni Intimiùs aſſidentium, eli-
" matâ ingeniorum Politicorum ăcie, in
" exercituum Noſtrorum, Claſſium Nava-
" lium, Socialium armorum numero & vi-
" ribus, in Prudentiſſima Maximi Ducis,
" *tam Marte quam Mercurio illuſtriſſimi*, curâ
" & Auſpicio, in Pietate (quæ ſupra omnia
" facile primas obtinet) *Sereniſſ. Noſtræ*
" *Majeſtatis* conſummatâ, depingere, & col-
" landare; Si aſſerere, quòd in fælici rerum
" adminiſtratione *nova* Regiæ Prudentiæ

quotidie

" *quotidie* emergant indicia, & exquisitissi-
" mi Judicii testimonia, Ministros scil. ad
" Res publicas exequendas, tàm *affabre*
" compositos, & populo tam gratissimos con-
" stituendo, Qui affectu in Rempub. tam
" integro & illibato ducuntur, ut molestissi-
" mo Factionis Genio servire fastidiant, &
" cum de salute Reipub. agatur, repetundis
" sint inexpugnabiles; Si ardentissimis pre-
" cibus Divinam implorare Providentiam,
" Quæ per tot varios casus & rerum discri-
" mina incolumem præstitit *Sacram N. Ma-*
" *jestatem*, quò illustribus his cœptis, con-
" tinua successûs serie exequendis, par sit,
" quò Toti Europæ Jura & Libertates re-
" stituat & confirmet, & ut Deus Opt. Max.
" Qui *Mortali* ornavit *Diademate* post serum
" ad Cœlum adventum, *Immortali* insigni-
" re dignetur; Si hæc (inquam) omnia
" (Augustiss. Domini) asseruisse, sit falsò
" & malevolè suggerere, *Sacræ Majestatis*
" tam in Civilibus, quàm in Ecclesiasticis
" rebus Administrationem in Totius Rei-
" pub. ruinam conspirare; Si hoc sit Mi-
" nistros, sub S. Majestatis patrocinio ne-
" gotiis tam Ecclesiæ quâ Imperii publicis
" servientes *generaliter detrectare*, ac si sub
" eorum moderamine omnia in pejus ver-
" gerent; Si hoc sit, subditos ad Partium
" studiâ continuò promovenda, novas ex-
" cudendo distinctiones, allicere; si hoc sit

sus-

" ſuſpicionis male fundatas populo inſuſur-
" rare, ſeditiones nequiſſimas conflare, &
" S. *Maj.* ſubditos ad vim & arma conci-
" ſtare, tum Omnium (Honoratiſſ. Dom.
" Dom.) contra me in his Articulis prola-
" torum *Reus*, ſin aliter, *Inſons* ſum exiſti-
" mandus.

Officii mei ſemper eſſe (Honorat. Dom. Dom.) putavi *Fidelitatis* meæ principia, & in Rempub. *Obſequium*, quoties opportunum videretur, enuntiare, in cujus teſtimonium plurima è locis ubi commoratus ſum, & habitavi, numeroſa ſcaturigine emergentia, proferre poſſim (ſi opus eſſet) exemplaria, quamvis jam *unicum tantum*; *Collegium* ſcil *Magdalenſe*, (cujus ſocius Ego indignus) in medium *coram Dominationib. Veſtris* exhibebo; Qualecunque tamen ſit illud unicum exemplar, nulla Societas, ob injurias & ſeveritates gratiâ Eccleſiæ & Reipub. conſervandæ paſſas, tam inſigniter eminet, imò ad fælicem nuper *Imperii Viciſſitudinem* promovendam præ omnibus aliis palmam præripere videtur. Honorabilem hanc Societatem, appello, ut mores meos, famamque, quam pro meritis meis dignetur, publico exponat. Ut idem etiam teſtetur Reverendiſſ. in Chriſto Pater, qui in hoc Concilio aſſidet, appellare potuiſſem.

Si ad Fidelitatem meam erga Præſentem Reipub. ſtatum demonſtrandam (pace Do-

minationum Veſtrarum) liceret teſtimonia proferre vel ab illis quibuſcum vitæ commercium inivi, aut quorum Educationem ſuſcepi, aut à *Cætibus* Religioſis quorum in præſentia frequentes conciones habui, copioſiſſima mihi meſſis Suppeteret. Si Principia mea ad alienandos *à S. Majeſtate* ſubditorum Affectus ullatenus collimarent, unicum *certiſſimè* Animi à Reip. commodo devii, pateret exemplar, & Benigna *aliquâ* ſententiâ in IMPOSTORIS patrocinium aliquando prævaricari detegerer. Nonnulla ſaltem in *præſentem Reipub. ſtatum, & Succeſſores Proteſtantes* averſationis, aut odii reſtarent veſtigia, quæ impoſito quaſi digito demonſtrata, *juſtæ Dominationum Veſtrarum* Me cenſuræ obnoxium, & ſeditionis *imputatæ reum* reddiderint. At non poſſem non maximo cum ſolatio revolvere, quòd per totum Vitæ meæ curriculum nihil horum mihi *quodammodò* imputetur, aut imputari arrogetur.

Quod varios SS. Scripturæ textus (Auguſtiſſ. Dom. Dom.) in nequiſſimam interpretationem torſiſſe dicar, graviter me, ut Chriſtianum, Chriſtique Miniſtrum afficit. Si hujus nequitiæ Reus eſſem, coram alio tribunali ſiſtendus ſum, Sacræ illius Scripturæ (Quam tam impiè *torſiſſe* & deflexiſſe perhibeor) rationem redditurus, quâ abſolvendus aut condemnandus pœnas dabo.

Interea

Interea tamen (Auguſt. D. Dom.) Illi penes quos ſpeciali modo hanc intereſt Provinciam adornare, utpote judicandi apprimè compotes, uti ſpero, me reatu omni exolvent.

Ut ſumnatim omnia (Auguſt. D. Dom.) complectar abundè patet Me criminum allatorum inſontem, quod *nullam Regni Legem, nullum ſtatutum, nec Jus Municipale violavi*, nec in *Regiam Majeſtatem, ſubditos Conſocios, Eccleſiam, aut Rempub. deliqui*; ita ut ſine invidia hic aptiſſimè verbis illius Apoſtoli utar, cujus Doctrinæ Defenſionem ſuſcepi, & exemplar, quamdiu vixero, imitabor, *quod neque contra Legem, nec contra Templum, nec contra Cæſarem peccavi.*

Quæ hactenus coram *Dominationib. Veſtris* protuli & effatus ſum, ad *Verba* mea & *Facta* referuntur, Et quod ad Animi mei *Cogitationes* & intimos receſſus (ſoli Deo & Conſcientiæ meæ patentes) qui *Nequitiam, Seditionem*, & Invidiam ſpirare perhibetur, attinet, *Ipſum Cordium* Omnium *Scrutatorem*, modo quàm maximè ſolenni & Religioſo appello, & profiteor, ſicut coram Deo, Sanctiſq; ejus Angelis Me abſolvendum ſpero, cum ad tremendum illud Die Judicii ultimo tribunal, non Ego ſolummodo accerſitus, ſed totus etiam Mundus, imo *Dom. Veſtræ* quæ hic de Me judicium vel ad pœnam vel ad Abſolutionem laturæ aſſidetis, apparebunt, Nullam

Me tam nequiſſimum, tam ſeditioſum facinus animo concepiſſe, nec odioſiùs quicquam aut deteſtabiliùs me abominari, imò ex adverſo ſemper animum intendi. Nuſquam meas ſubiit cogitationes *Nuperrimi Regis* memoriam vilipendere, aut fœlicem nuper *Imperii Viciſſitudem* calumniis laceſſere, aut *Utriuſque Senatus-Concilii* ſuffragia dudum effata damnare, Tantum à me abfuit cuniculos agendi, aut ſecretas *in S. Majeſtatem* aut Reipub. everſionem, machinationes ſtruendi, aut Sceptrum è *Succeſſorum Proteſtantium* manibus extorquendi propoſitum, ut è contra pro viribus meis, quoad poſſem, quicquid ad eorum omnium incolumitatem conferret, *pertinaciter* molirer. Tantum etiam à Me Sacræ Majeſtatis ſubditis perſuadendi abhorruit, ut in Diſtinctis partium ſtudiis promovendis continuò incumberent, ut meticuloſa & mendacia paſſim injicerent ſine cauſa terricula, ut inimicitias cierent perpetuas, aut ad vim, & Arma *contra S. Majeſtatem* confluerent, ut potiùs ex oppoſito nullum non lapidem moverem, quò malevolas partium diſtinctiones ſeponendo in unam firmamque compagem coaleſcerent, ut Authoritati parerent, & præſentem Reipub. ſtatum ſuffulcirent. Tantùm à Me abfuit, *S. Maj.* Adminiſtrationem calumniandi voluntas, aut cogitationes à debita Fidelitate devias inſuſurrandi, ut non ſolum Obſequii,

ſequii, & Honoris tributa perſolvam, ſed intenſiſſimo meo Animæ affectu obedire contendo, vereque Me perſuaſum habeo non ſolùm ab *Illius adminiſtratione* prorsùs periculorum immunem fore *Eccleſiam*, ſed ad ejuſdem fæcilitatem & Incolumitatem promovendam, eadem ferri integritate, qua Me Sacræ Majeſtatis, & Reip. parendæ devotiſſimum exhibui.

Quod ad *Sceptri ſucceſſionem Proteſtantibus* collati attinet, quamvis Doctrina, Quam prædicavi, ad hoc ſecurè gerendum plurimum faciat (uti omnia, quæ dico, ad eundem ſcopum tetendiſſe volupe eſt) at cum de Hoc in neutrâ Concione meâ loquendi daretur Occaſio, in iiſdem Concionibus intactum tranſeo, nec aliquid affirmo, quod ad Illam metam reſpiciat. Quamobrem, ſevero licet examine trutinavi, etiamnum Me latet cur in *Inſimulationis* meæ proæmio ſuggeratur, me *Succeſſionem Illam everſum ire*, de Qua coram *Dominationibus Veſtris* Opinionem meam ferendi anſam arripuiſſe, abundè meæ Fortunæ gratulor. Solenniter, & ex animo precor ut per longas annorum ſeries *Sacra N. Majeſtas* vivat, valeatque (cujus pietatis, & virtutis ſingularis exemplar Nos in ſpem fidiſſimam adducit *Deum Opt. Max.* à præſentis ſæculi ſceleribus vindicandis *eo nomine* reſpiraturum) Domi Conſiliis, & Foris Armis, bonis auſpiciis ſecundet, ut præ-

deceſſo-

deceſſorem *Elizabetham* longo gloriæ pariter ac ætatis intervallo ſuperet. At cum Beatiſſimi Martyris Diadematis & Pietatis Hæres, cum OCULORUM NOSTRORUM DESIDERIUM & VITALIS HALITUS, Annis & Honoribus gravis ad plures abierit, & Mortale Diadema ſerò pro Immortali commutaverit (cùm Spei ſummæ Principe, è Regiâ ſtirpe oriundo, Gens *Orbata*, & *Viduata* lugeat, cujus Fati iniquitatem, Generale Gentis Infortunium, nemo Regiæ Proſapiæ, & verus Patriæ Fautor, poſſit ſine lacrymis in memoriam revocare, & Quem Deus Opt. Max. *tanto Indignis Futuræ Fælicitatis Obſide*, iracundiæ ſuæ æſtu Vindex abripuit) ardentiſſimè *Deum Opt. Max.* imploro, ut in futuræ, à Sacra Majeſtate enaſcendæ, ſobolis defectum, AB ILLUSTRISSIMA HANOVERIANA PROSAPIA Succeſſorum ſeries continuò efflореſcat, Quam ſub prævіis *Providentiæ* auſpiciis, contra Papatum & Poteſtates *mero arbitrio* dominantes *Obicem firmiſſimum*; ſingulare *Eccleſiæ Noſtræ* & Reipub. *Columen*, Gentis Noſtræ *Decus & Fælicitatem* non magis, quam *Aliarum Invidiam*, exiſtimo. Et omninò me fugit, quo modo ad Hanc Reipublicæ preſentis compagem labefactandam aut clanculum evertendam, Doctrina noſtra contulerit; Nec è contrariò, totis licet Ingenii nervis, rimari valeo, unde evenit, ut

ut *de Principibus jure reſiſtendis* (etiamſi aliquatenùs vera videretur) *Doctrina*, Quæ Avo ſuo cervicem abſcindendi viam ſtruxit, TANQUAM NECESSARIUM NULLOQUE PRÆTEXTU EXCUSANDUM OFFICIUM, *hâc præcipue Ætate, ſub Mitiſſimo Sereniſſ. Principis Regimine*, DE INDUSTRIA tam vehementur propaletur. Sub tam facili Imperio *De Principibus jure reſiſtendis Doctrinam* conſultò tradere, nihil certè mirabilius eſſe poterit, niſi quod *Eadem* DE NON-RESISTENDIS ad hoc Idem Imperium ſubvertendum conferre reputetur.

Tantum igitur à Nefariis conatibus, aut ſeditione moliendâ Me abfuiſſe profiteor, ut potiori jnre *Fidelitatis erga* REGINAM illibatæ præceptis imbui ſubditos conſocios omnes hortarer, & *Nequitiæ, Religionis Obtrectatæ, Atheiſmi* torrenti, ut à teſtimoniis nuperrimè prolatis abundè patet, Obicem tempeſtive ponere *perſuaderem.*

Audaciſſimi Hi in Deum & Virtutem impetus adeò divexant & Irritant, ut aliqualis *ſaltem Evangelii Miniſtro* cedatur Veniæ locus, ſi in nimiam fortaſſe verborum acerbitatem erumpat, præſertim Quem Conſcia Religionis Veneratio, Sacri Officii juſta fungendi Cura, Creatoris ſui nec non & Redemptoris obſequium Devotiſſimum exagitat. Si vitio mihi vertatur quòd audaciſſimos

mos hos *Rabſhekas*, qui in Deum Viventem oblatrant, *indecorâ* nimis acerbitate tractâſſem, Verbis Reverendiſſ. Eccleſiæ Noſtræ Patris, meum in patrocinium aſcitis, reſ-
" pondeo —— Perpendant ſeriò quibus mori-
" bus, & quà modeſtiâ, in depravatâ hac Sæ-
" culi & Gentis ſerie, Hos imbui oporteat, Qui
" *Factionem*, *Perduellionem*, (quibus inſuper ad-
" do *Deiſmum*, *Tritheiſmum*, Omnem *Hæreſium*
" farraginem, *Blaſphemias*, *Atheiſmum*) ſine
" maximâ acerbitate reprehendet——Imò ubi hæc mala graſſantur, exigit Sacro-ſancti Noſtri Officii ratio, ut cum *vehementiâ quadam*, *& acrioris Sermonis æſtro* redarguamus, ad *Salvatoris Noſtri* exemplar, Qui, licet Totus Lenitatem ſpiraret, Profanos Templo indignabundus ejecit. Non eſt hoc (Auguſt. Dom. Dom.) calumniari, ſed reprehendere, & qui nos Hujus ergô ludibrio excipiunt, planè confitentur ſe prorsùs *inſcios* eſſe, aut *conſultò velle neſcire*, quibus fundamentis Sacri Officii Noſtri Dignitas innitatur. Nolunt Illi ſecum revolvere *nos Chriſti Legatos eſſe*, & quòd ejus Nomine jubeamur, *cùm omni Authoritate*, *hortari & redarguere*; Levitèr authoritatem etiam ab Illis deductam pendent, Quibus *Salvator Noſter Beatiſſimus* Dixit, *Qui Vos deſpicit*, *me deſpicit*, *& qui me deſpicit*, *Illum etiam deſpicit*, *qui me miſit*. Quæcunque igitur ſententiæ, cenſuræ obnoxiæ, inter Conciones habendas ore meo vel incautè,

cautè, vel inopinatò elapſæ ſunt, ſenſumque ab Animi mei intentione diverſum *videantur* inferre, (& certè *Fæliciſſimus* Orator ſit oportet, cujus verba nullatenùs ſunt Cenſuræ Obnoxia) nihilominùs tamen humillime ſpero me tot malis laceſſitum candore veſtro aliquatenùs abſolvi, ita ut ob præpoperas forſan & nimium acerbas ſententias, non ATROCIUM CRIMINUM ET CULPARUM Reus audiam. Ulterius etiam (Honoratiſſ. Dom. Dom.) perpendi velim, Me Doctrinam hanc propalando nulli *ſæculari* emolumento velificatum, ideoque nihil aliud, quàm *Deo*, quatenus Evangelii Miniſter; & *Principi noſtro*, quatenus ſubditus fideliſſimus, obſequium præſtare mihi in Animo fuiſſe.

His *Dominationum Veſtrarum* judicio ritè perpenſis, Quæ *tanquam Reus* jam paſſus ſum, me (uti ſpero) ab omni ulteriori pœnâ excuſatum reddent, & ſuffeciſſe videbuntur, cum contra nullam Legem, jam ſancitam, peccaverim. Non minimam Viro Ingenuæ indolis moleſtiam creaſſe reputetur, coram hoc Tribunali ob *ſuſpecta* tantæ nequitiæ *crimina* adduci; At cùm me Sacro-ſancta Dignitate initiatum, nequitiæ tàm *conſummatæ* Reum inſimulant, neceſſe eſt ob tam viliſſimam Infamiæ maculam impreſſam, ut etiamſi veſtris Inſons ſuffragiis evadam, uſque tamen adhæreat labes, & Jactura Fa-

mæ (quâ nihil charius eſt Hominibus, ac illis præcipue, quibus aliàs Humano Generi benefaciendi amputatur Occaſio) neceſſario conſequatur.

Ut Inſimulatio mea (Auguſt. D. Domini) *Re* ſummè criminoſa prætenditur, ita *modis & Verborum formulis* tam *generaliter* prolatis laboravit, & intertexta fuit, ut vix poſſibile videretur Accuſationis meæ Originem ſcrutari, cùm quo clypeo, ſagittis ex omni parte indiſcriminatim emiſſis, erat obviam eundum, penitùs ignorâſſem; adeò ut cum in mei defenſionem *Reſponſio particularis* in manibus eſſet, Qualem ſcil. *Generali Accuſationi* refutandæ inſerviret, *Senatorii Ordinis Inferior Conventus* regerere dignatus eſt, *me plurima ab* INSIMULATIONE *aliena propoſuiſſe*. Addatur inſuper Miſeriarum mearum cumulo, præter illas quas ab incenſo *Senatorii Ordinis Inferioris Conventu* tuli, quòd graviſſimo, & Fortunarum mearum diſpendio valdè impari, tamdiù arctâ cuſtodiâ compingerer. Hæc ſunt (Auguſtiſſ. Dom. Dom.) infortunia, quæ ſentiendi nemo tam compos eſt, quàm Qui ſub eorum mole infæ liciter pragravatur. Nec Inter minimas meæ Vitæ calamitates recenſeo, quòd à *curâ Gregis*, cui *Spiritus Sanctus* Me præfecit, tam diù inhiberer. Nam abhinc quo Dominationum Veſtrarum candore, datis vadibus, mihi quâ libet, ſpatiari liceret,

de

de *industria* Officii Sacri obeundi, aut in publicis locis versandi, opportunitatem detractavi, nè Tumultus ciendi Ansam suppeditarem, sicut Obsequium, quod erga *Dominationes Vestras* de die in diem necessarium me impulit, illuc infeliciter tendere perhibetur, licet sine meo crimine aut incitamento, quippe *D um Opt. Max.* testor, quòd hæc odio habeam, & abominor. His omnibus (Honoratiss. D. Domini) ad rationis trutinam reductis, quibus si addatur *Publicus Apparatus*, *Series Prolixa*, & *mei examinis* coram AUGUSTISSIMIS JUDICIORUM COMITIIS *Pompa* solennis, quibus per calumnias & calamitates, *Humano Generi spectaculum* & Portentum exponor. Quòd hic de die in diem *me* flagitiosorum criminum insimulatum audiverim, *publicis convitiis illusum*, *Larvatum Papistam*, *Perduellem*, *S. Majestati* & *Reipub. inimicum*, IMPOSTORIS *Patronum* (licet ejusdem *haud Oblitum*, ut doctissimo cuidam inter ipsos *egregiè* de me profari placuit) hoc est, *Nebulonem sceleratissimum* exhibuêre; Quod *Tressis Homunculus & in servile Factionis Obsequium cereus*, & *Incendiarius* hinc periculosissimus, & Illinc *Angelus*, hoc est, ab Infernali regione *Demon* Emissus, habear; His (inquam) omnibus ritè perpensis (& in justam Mei commiserationem spero *Dominationes Vestras* non *perfunctoriè* Notaturas) qualecunque de Me

Laturæ ſitis Judicium, graviſſimam calamitatum molem me jam ſubſtinuiſſe, & ex abundanti pœnas luiſſe certiſſimè conſtabit, etiamſi *Dom. Veſtr.* ſuffragiis Inſons evaſurus.

Magnum tamen mihi, quoties recordor, accreſcit ſolatium (Piæ Cenſæ & Rectæ Conſcientiæ in confinio poſitum) quòd hodie coram *Illuſtriſſimo Totius Orbis Conventu, omnibus* ſcil. *Magnæ Britanniæ Proceribus* in jus vocatus ſum, Quorum Proſapia vere Regalis, Inſignis Honorum & Titulorum Pagina, Res ampliſſima, ingenitus Naturæ candor, & *pectora Generoſo Honeſto*, Nobilitati ab ipſis incunabulis connato, *incocta*; Ut compendio dicam omnia, Quorum in Legibus enodandis polita Animorum Acies ad Judicium decernendum tàm exquiſite compotes reddit, qui nec ſpe allici nec terrore perverti, nec præjudicio ſeduci, vel Affectuum impetu in obliquum torqueri poſſitis. Si ad anguſtas has incitas, qualibus hic Ego implicitus hæreo, quemquam alium reduci contigerit, non minimum tamen calamitati lenimen adderet, quòd coram *talibus Judicibus*, cauſam egerit, quos ad eandem decernendam *Juſtitia, Æquitate,* & *Honore* meritiſſimo noverit eminere.

Et cum de nonnullis Evangelii præceptis in jus vocar, Quæ Patribus Noſtris Deus tradidit, & Quæ Vos (Epiſcopi Reverendiſſimi) Eorundem Succeſſores, à Chriſto, & Apoſto-

Apoſtolis, tanquam ſacra tot Ancilia, juxta primævam in Eccleſiæ ſimplicitatem, reponenda, & conſervanda recepiſtis; Cum Rationem perpendo propter Quam coram Vobis aſcitus hodie de Me Quæratur, *Unicam* nimirum *Veritatum æternarum* propter Quam Vos ardentiſſimè contendere, & Quam ſolenniter edocere delegati ſitis; Cùm intereà mente revolvam *Salvatorem Noſtrum Beatiſſimum* & Apoſtolos, ſanguine ſuo, quaſi tot ſigillis, hanc Veritatem obſignâſſe; Tot Martyres medias inter flammas *Eandem* Teſtatos, Doctiſſimorum tot Epiſcoporum & Confeſſorum ſcriptis, Immortalitati dicatis, tanquàm Reformatæ Religionis *Teſſeram*, & peculiarem indicem commendaſſe; imò cùm ulterius animadverto, Vos metipſos, qui hic adſtatis rationibus haud ullo modo refragandis, & Authoritate jam ratam hanc Doctrinam feciſtis, non levi me ſatisfactione afficit, *Dominationes Veſtras* de me Judicium laturas, nec non, uti ſpero, patrocinium ſuſcepturas. Quem reatum pariter ac infamiam in Clerum transferret, ſi ab *Eccleſiæ Noſtræ Sanctiſſimæ* rudimentis dveius recedat, qui in eâdem per longas ſæculorum ſeries potiori jure Hæc inveteraſſe & obtinuiſſe gloriatur; Si ab hâc veritate deflectendum ſit, in peſſimos Aliarum errores, imò ipſius Papatûs labamur, neceſſe eſt, nos metipſos ludibrio exponamus, & *Eccleſiam*, ſibi

ſibi nullatenùs conſtantem, detegamus. Magni itaque Apoſtoli verbis, quæ coram ſuis Accuſatoribus protulit, uti liceat —— *Auxilium à Deo obtinens ad hunc uſque diem perſiſto, neque parvis neque magnis alia teſtando aut dicendo, quàm Quæ Moſes & Prophetæ* (addo hic Ego Chriſtus & Apoſtoli) *dixêre.* ——

Nam ſi delicta aliqualia, (Auguſtiſſ. D. Domini) vel errores in verbis meis efferendis admiſero, quod ad Innocentiam tamen meam reſpectu *ad Immunia Crimina imputata* nunc habito, attinet, integerrimam vendico, nec omninò tergiverſor, & Omnes, quas edocui, Inſtitutiones, Dei Verbo, & Eccleſiæ Noſtræ Sanctiſſimæ, & verè Apoſtolicæ præceptis, quæ nos Cleri obſignatis tabellis & jurejurando agnoſcere & patrocinari tenemur, uſquequaque congruere obnixe & eadem confidentiâ perſiſto.

Et quam arcto premimur infortunio, ſi in hoc mundo *ob Commiſſa* pænas dare cogamur, propter Quæ *Omiſſa* in Futuro *majores* luemus? In quibus ſalebris hæremus, cum *exclamare & non deſiſtere, exhortari, redarguere tempeſtive & intempeſtive* mandemur, Quæ ſi exequi moliamur, Accuſati in Ergaſtula conjicimur, & Ruinâ non evitandâ obruimur. Si hoc noſtrum ſit, Quis tantis par eſt? Et quàm verè Illud Apoſtoli Miniſtris Eccleſiæ applicari poterit, *Si in hæc Vitâ ſolùm modò ſpem in Chriſto haberemus,* Omnium *miſerrimi*

ſerrimi eſſemus, at non in hâc vitâ *ſolummodo* in Chriſto ſpem eſſe maximo eſt ſolatio. Juſtè calumnias, quæ in nefario hoc Sæculo contra nos pleno ore evomuntur, mereri fas eſt, ſi ſcil. *Sui-Abnegationis*, *Crucis Suſcipiendæ*, *tacitæ in quibuſcunque miſeriis tolerandis patientiæ* doctrinas *verbis* prædicemus & non *factis* probemus.

Quod ad me attinet, nihil refert, an lite cadendo ruinâ Obruar, an Inſons evadam, nec humano Generi aliquid momenti allaturum eſt. Aut ſi fortaſſis attulerit, in promptu ſum, non ſolùm *Vinculis compingi*, ſed & *morti ſuccumbere*, dum *Sereniſſimæ Noſtræ Reginæ*, *Eccleſiæ* & *Patriæ* inſervire poſſim, neque tanti Vitam æſtimo, dum curriculum meum & Miniſterium quæ à *Domino Noſtro Jeſu* recepi, alacriter abſolvam. Ita Deus Opt. Max. divino Vos dirigat afflatu, ut non *per Me* Sacræ Scripturæ, nec Eccleſiæ, quam Chriſtus ſuo ſanguine redemit, vulnus illidatur.

Hinc humillimo cum obſequio, & Aſſenſu, *Dominationum Veſtrarum* Judicio, quodcunque ſiet, me morigerum dedo. Unicum tamen certò ſcio à Me non poſſe Beneficium extorqueri, *Precandi ſcil* & *Optandi Facultatem*, Ut (ſive in proſperis rebus, vel adverſis, ſive Inſons, aut Reus pronuntiar) pro *Sereniſſ. Noſtræ Reginæ*, pro *Dominationum Veſtrarum*, hac in parte de Me Judicantium,

cantium, pro meorum de *Senatorio Ordine* Accusatorum incolumitate, preces effundam, Deum Opt. Max. pariter implorando *Ut omnes cujuscunque Ordinis & Conditionis Homines à falsa Doctrina, Hæresi, & Schismate, omnis Cordis duritie, Verbi sacri & præceptorum contemptu, ab Invidia, Odio, Malitia, & inhumanitate quâcunque liberârit.*

Victrix Causa Deis placuit, sed Victa Catoni.

Lucan.

CONTROVERSIÆ quæ poſt Examen Hen. Sacheverell *S. T. P. peractum in* Domo Procerum Senatoriâ, *ubi variis quæſtionibus Lis ulterius agitur, Exortæ ſunt.*

1°. An jura Regni Leges, & Mores Senatus-Concilii in Criminoſis **propter** Atrocia Crimina Culpaſque **proſequendis,** IPSISSIMA VERBA, **quae ſcriptis aut Dictis ſupponuntur** Criminoſa, **non in Articulis exhibitis debeant neceſſario recitari?**

QUam Major Pars Procerum tunc temporis in Senatu Superiore præſentium *Verba in hujuſmodi Articulis, ſeu Inſimulationibus contenta, non neceſſariò recitari deberi* Affirmavit, Dum Alii interea Proceres facta Proteſtatione, (uti apud Proceres Britannos in Senatoriâ domo Convocatos dici ſolet) hoc eſt, *ſalvo ſibiipſis Jure*, ſuffragiis ſuis rationes ſubjungendo, Negârunt.

Ubi monendus eſt Lector Peregrinus quòd juxta *Regni Britanni & Senatorias Leges*, nec non *Jus Nobilitatis hæreditarium*,

Quilibet Procerum tam Facti, quàm Legis ad idem referentis, per ſe ſolus eſt Judex, nec majori ſuffragantium numero poterit præcludi: Non autem diffitendum eſt quòd reſpectu *Accuſati* litem Numerus dirimat, ſed nullum Procerum vel tunc, aut unquam poterit ſuffragandi aut decidendi *Jure* privare ſcil. *An Facti, vel Criminis Reus ſit, vel non, Qui ejuſdem poſtulatur.* —— Hoc *Procerum Britannorum* Privilegium, ſeu *Jus Hæreditarium* appellatur & eo nomine *Proceres* in Senatu *ſalvo ſibi Jure* dicuntur agere. (*i. e.*) Proteſtationem quandam ſcriptis mandando, quâ à Majoris Numeri Opinione ſe diſſentire teſtantur, quibus ſcriptis rationes diſſenſus ſuperaddunt. Hanc methodum *Proceres* Nonnulli Obſervantes ſe à Majoris Numeri opinione in caſu prædicto proteſtantur Diſſentire.

2°. Quia Lex Regni non minùs in *Senatu*, quàm in *Inferioris ſubſellii Curiis*, ubi Juſtitia adminiſtratur, Judicium ferendi ſit Regula, & cùm unanimi omnium Judicum, qui Legibus exequendis inſerviunt, conſenſu confirmatum ſit, in omnibus per Indictamenta, & Informationes proceſſibus, *Ipſiſſima Verba in Articulis quibuſcunque Inſimulationis exhibitis debere recitari*, & cum Lex porro Regni ſit, praxi continuâ ſtabilita, Nos omnimodò Eadem fert Opinio, ut juxta Rationis & Juſtitiæ normam *verba, quæ ſupponuntur*

uuntur Criminoſa, recitentur, quiâ aliâs *Legibus Municipalibus* Inſons & Innocens, in *Senatu* condemnaretur. Nobis etenim rationes aliquæ, non minùs Legibus quàm Juſtitiæ conſonantes, *hæc ipſiſſima verba in Articulis* per Indictamentà & Informationes *Exhibitis oportere recitari* videntur ſcil. ut *Quilibet criminis poſtulatus Idem perſpicuè capiat, quo Innocentiam ſuam meliùs tueatur* ; Item ut *Inquiſitio Duodenaria* Anglice *THE JURY* idem percipiat luculentiùs, & teſtimoniis exauditis & collatis, accuratiùs Res expendat ; Ut Ipſi etiam Judices de Natura Criminis, & Supplicii debiti proportione in *Culpis* puniendis promptiùs decernant, cùm hujuſmodi farinæ Culpæ indefinitæ, & propè Innumeræ, nec non pro ratione atrocitatis, multiformes appareant ; Ut Ipſe etiam *Procerum Senatus* de querimoniis allatis faciliùs dijudicet, an *mulcta* ſcil. *Pecuniaria*, quæ communiter hujuſmodi *culpas* pœna premit comes, non Delictum ſuperet, præcipuè cùm à ſtatuto JURIS olim lato, *Mulctæ Pecuniariæ*, nimiâ ſuâ mole & ſeveritate prægravantes, Legibus Regni adverſari ſtatuantur.

Ob conſimilem non immeritò cauſam non ſecus in quibuſcunque Inſimulationis Articulis ac in Indictamentis & Informationis proſequendis, Ratio vim habet æqualem, ubi *Verbu Ipſiſſima ſunt Proceribus Normæ quædam Neceſſariæ* quibus juſtum & ſine

diſcrimine, Judicium ferant, ſicut *Inquiſitio Duodenaria*, & in inferioris ſubſellii Curiis *Judices* agere tenentur, & in quibus ſe defendendi pari indiget Criminoſus neceſſitate; imò in Curiâ hâc Senatoriâ, majori neceſſitate opus eſt, ſi res ritè expendamus, cùm quò *Gravior* ſit Accuſati Inſimulatio, eò *majori candore & Legum Indulgentia* tractandus eſt Infælix Criminoſus, & certo certius haud *Gravior* eſſe poterit, quàm qualem *Totius Inferioris Senatus Conventus* exhibuit.

2o. Nec alicujus Exempli præcedentis meminimus, quo hujuſmodi Deciſio, ſeu Determinatio, Fundetur, niſi quod Caſus *Doctoris* MANWARING eò videatur aliquatenùs reſpicere, quem nihilominùs multo intervallo diſtare Arbitramur. 1o. Quia Verba contra Illum ab *Inferiore Senatu* prolata, non cum Concionibus compararentur, quamvis Idem efflagitaretur, & ex conſequenti Nemo Procerum hæc *Non eſſe Concionis verba* potuit dixiſſe, unde fit ut tali incertitudine Poſitiva Determinatio nequiret fundari. 2o. Inſimulatio contra Illum 4to Maii 1628. è Concione Ejus elicita, *Ipſiſſima videtur continere verba* Quæ Ipſe loqueretur, cùm Auditores, quæ ſuis hauſerunt auribus, eadem teſtarentur, Qui indubitatò conjecturas ſuas atteſtari de Concionis ſcopo nunquam admitterentur, ſi non *Ipſiſſima*

verba

verba recitarent, quippe si aliter hoc esset, qui de Crimine testes, de eodem & Judices simul essent futuri.

3°. Præterea in hoc Casu, Quo Criminosus non Leges in sui patrocinium & Defensionem ascivit, uti potuit, si collibuisset, sed factâ submissione veniam efflagitavit, longe dispar est ratio, nec in Exemplum ad formam Insimulationis hujusce vindicandam, ac si legalis esset, poterit citari.

4o. At si prolatum hoc Exemplum omnibus esset numeris absolutum, & exactè in singulis quadraret, humillimè tamen arbitramur, *Legem*, & *Mores Senatorios* non *Unico* tantùm *Exemplo* concludi potuisse, aut in Casu præsenti sufficere, unde necessariò consequitur Determinationem, seu Resolutionem hâc in parte factam, consimili defectu laborare, cùm tantum inter *singulare* Exemplum, & *Legem Moresque Senatorios* discrimen intersit.

5°. Præcipuè; Cum Omnium, quæ Nobis saltem occurrêre, in *Senatu* per quadringenta nuper annos elapsos Indictamentorum Exempla, *verba Ipsissima, quæ supponuntur Criminosa* in Insimulationis Articulis semper recitari testantur.

Ut Edvardi 2do. Exilium Hugonis le Despencer Patris, & Filii.

Henrici 8vi. 26o. in casu Gulielmi de la Pool. Art. 6to.

Articulis

Articulis Dom. D. Finch 4to. 5to. 7o. Anno Dom. 1640.

Articulis Doctoris Cosens 11o. & 29o. An. Dom. 1642.

Articul. contra D. Berkeley. 1o. 5o. 6o. 7o. 8o.

Articul. contra Judicem Crawley. 1o. 2o. 3o.

Articul. contra Herbert. An. Dom. 1641.

Articul. contra tredecim Episcopos 1641.

Articulis contra Comitem Strafford variis An. Dom. 1641. exhibitis.

Articul. contra Archiepiscop. Laud exhibitit. 1. 2. 4. 10. 1642.

In quibus omnibus *Ipsissima verba* recensentur. Unde humillimè arbitramur *singulare Doctoris* MANWARING *exemplum*, etiamsi esset usquequaque perfectum, non tot prædictis debere præpollere, Quod tamen ob rationes supra memoratas, cùm nec satis evidens sit, & manifestum, vim *Directorii exempli* non habet. Et Legem, *Moresque Senatorios*, continuo Usûs & Praxeos curriculo oportere confirmari opinamur, nec Unico tantùm Exemplo tam pernicioſam & odiosam, qualem D. *Manwaring* propalavit, Doctrinam posse Fundari. Nec ab Opinionibus *Procerum Affirmantium* hoc in Casu aut in qualibeteunque Insimuatione dissentire, *Inferioris Ordinis Senatoribus* omninò possit officere, cùm *Ipsissima verba* quæ offensioni fuerint, quàm *facilli-*

facillimum ſiet recitare, cùm è contrario Accuſato ſit *difficillimum* ſe defendere, ſi verba quæ objiciuntur, ut Criminoſa, penitùs ignoret. Juſtitiæ porró & Rationi maximè conſonum videtur, ut Qui criminum poſtulantur, quacunque methodo, & modo, Legibus conceſſo, in ſui defenſionem uti permittantur.

Die Jov. 16 *Martii* 1709. *St. Vet.*

Perlecto *Superioris Senatûs* Ordine, qui ad Inſimulationem *Henrici Sacheverell* retulit & 14°. præcedente ſtatuebatur, ad Singulos ſpeciatim Articulos diſcutiendos perventum eſt, unde ſecunda Generalis exorta eſt Quæſtio.

An Inferior Senatus Articulos contra Henr. Sacheverell allatos, prout Jus & Lex exigit, probaverit?

Major Pars *Procerum* pro Affirmativa parte ſtetêre, unde juxta modum jure hæreditario (prout ſupra memoratum eſt) *Proceribus* conceſſum minor Numerus, Proteſtationem ſuam ſcriptis mandando, non ſolum in primo Inſimulationis Articulo ſed in omnibus aliis ſe Diſſentire declarant, unde Judicium ſequens 21° Martii in Domo Procerum *Senatoriâ* latum eſt, & 23°. In *Inferiore Senatu* recitatum.

1°. At

1°. At Hen. Sacheverell S. T. P. a Concionandi munere fungendo per triennium inhibeatur.

1°. At utraeque Conciones, tam Quae apud oppidum Derbense, quam Quae in Ecclesia D. Pauli habita fuit, in Dom. Praetoris Londinensis, & Vice-Comitum London, & Middleter, assidentium praesentia, INFAMI MANU 27°. die seq. comburantur.

Quam Sententiam publicus Carnifex exequebatur, prout mandatum est.

Nomina Procerum Assentientium & Dissentientium, *prout è publico prælo in Vulgus prodiere.*

ASSENT.

Dom. Magn. Brit. Cancellatius.
—— Summus M. B. Thesaurarius.
—— Concilii Privati Praeses.
—— Sigilli Privati Custos.

DUCES.

—— Devoniæ.
—— Richmondiæ.
—— Grafton.
—— Sti Albani.
—— Bolton.
—— Schomberge.
—— Bedford.
—— Montrosse.
—— Roxford.
—— Durovern.

MARCHIONES.

—— Cantii.
—— Dorcestriæ.

COM

ASSENT.

COMITES.

—— Derbiens.
—— Lincolniens.
—— Dorſett.
—— Bridgewater.
—— Leiceſtr.
—— Weſtmorland.
—— Mancheſtr.
—— Rivers.
—— Stamfordiæ.
—— Winchelſeæ.
—— Sunderland.
—— Carliſle.
—— Radnor.
—— Holderneſſe.
—— Portland.
—— Warrington.
—— Bradford.
—— Orford.
—— Greenwich.
—— Grantham.
—— Wharton.
—— Cholmondley.
—— Crawford.
—— Loudon.
—— Leven.
—— Orkney.
—— Seafield.
—— Roſeberry.

ASSENT.

—— Glaſgow.
—— Ila.

EPISCOPI.

Ep. Sarisburiens.
—— Eliensis.
—— Petriburg.
—— Oxon.
—— Lincolniens.
—— Norvicens.
—— Aſaphens.

BARONES.

—— Delaware.
—— Fitzwater.
—— Pagett.
—— Hunſdon.
—— Mohun.
—— Byron.
—— Colepepper.
—— Rockingham.
—— Cornwallis.
—— Oſſulſton.
—— Herbert.
—— Halliſax.
—— Harvey.
—— Pelham.

Sum. Omniam 69

DISSENT.

ACHIEP. EBORACENS.

DUCES.

Dux Ormondiæ.
— BEAUFORT.
— Northumbr.
— Salopiæ.
— Leeds.
— Buckingham.
— Hamilton.

Comites.

Comes Pembrochiæ.
— Northampton.
— Denbigh.
— Berks.
— Thanet.
— Scarſdale.
— Angleſey.
— Suſſex.
— Yarmouth.
— Nottingham.
— Rocheſter.
— Abingdon.
— Plymouth.
— Scarborough.
— Jerſey.
— Poulet.
— Marr.
— Weemys.
— Northesk.

Vice-Comites.

— Weymouth.

EPISCOPI.

Ep. LONDON.
— Dunelm.
— Roffenſ.
— Bathenſ. & Well.
— Ceſtriens.

BARONES.

Baro Ferrars.
— Willoughby de Brook.
— North & Grey.
— Howard de Eſcrick.
— Chandois.
— Leigh.
— Lexington.
— Berkeley Stratt.
— Craven.
— Osbourn.
— Dartmouth.
— Stawell.
— Guilford.
— Butler.
— Lempſter.
— Haverſham.
— Guerniſey.
— Conway.

Hinc majori ſuffragiorum numero in *Domo Procerum Senatoriâ* convictus, Lite cecidit *Hen. Sacheverell*, & exinde Judicio lato ſe alaritèr morigerum dedit.

N. B. Quód in hâc Oratione quamplurima ſunt quæ propter Idiotiſmum, ſeu peculiarem Sermonis Anglicani phraſin nequirent ſine periphraſi, ſeu deſcriptione quadam explicari, uti *the Tool of a Party* viz. Homunculus in ſervile Factionis Obſequium Cereus, Ità *Deiſme* & *Tritheiſme*, viz. Deiſmum, Tritheiſmum; *Managers*, Procuratores, Inferioris Senatus *of the Houſe of Commons*. Ita in Articulis, Inſimulatio notat Anglice *Impeachment*, Indictamentum, *Indictment*, Informatio, *an Information*, quæ Verba Legibus Municipalibus ſat congruunt, licet Barbara, & Latinitatis puræ quiſquiliæ, & ſic de cœteris, Ideó monitum volo Lectorem peregrinum, ut hæc omnia, & conſimilia, ſi curioſus ſit, è Dictionariis propriis ediſcat. Nam elegantiâ purè Romanâ hanc Orationem, prout meretur, inſignire, eodemque tempore phraſes, & Linguæ Anglicanæ proprietates *ad amuſſim* explicare, ſi humani vires Ingenii non ſuperaret, haud decorum videretur.

FINIS.

Hinc manifestum fit, quam nugatorie in Pro-
vo Pro cum Senatore conveniat, hinc cer-
lit Hen. Sudbery, & eum de Judicio lato fe
liariter mentiperum dedit.

N. B. Quod in hac Oratione quamplu-
rium fuit propter Locorum, ita pecu-
liarem Sermonis Anglicani phrasin requi-
rente fine periphrasi, fua deficiptione qua-
dam explicari, uti fit Tool of a Party via.
Homunculus in fervile Factionis Obsequium
Cereus, Ira Dei &c. Artificium, via. Deli-
rium, Turbelinum; Harangue, Procurato-
res, Inductionis Sanctus of the Holy Ghost &c.
mum. Ita in Articulis, Formulario notat An-
glice Impeachment, Indictamentum, Indict-
ment, Informatio, an Information, quæ Ver-
bo Legibus Municipalibus hæc congruunt,
licet Barbara, & Latinitatis puræ quamplurie,
Fucata cæteris, Illis omnium vola Locu-
tamperpetuum, ut hoc Strain, & confimi-
Rogatio probris
pure Rogatio hanc
, in Anno &c.
Ita Anno
Oratione, ut fit Oratio, fi
Vide Argenti non fuperfit, quod
decorum videretur.

FINIS.